Fragmentarium

uoluntate & ordinatione abbatis faciens; Quia quantū pla
tus ē ceteris, tanto eū oportet sollicite obseruare p̄cepta regu
le; Qui p̄positus si repertus fuerit uitiosus aut elatione deceptus
superbię aut contemptor s̄cē regulę fuerit cōprobatus ammoneatur
uerbis usq; quater; Si non emendauerit; adhibeatur ei correp
tio disciplinę regularis; Quod si neq; sic correxerit. tunc deiciatur
de ordine p̄positurę. & alius qui dignus ē in loco eius subrogetur;
Quod si & postea in congregatione quietus & obediens non fuerit.
etiā de monasterio expellatur; Cogitet tamē abbas se de
omnib; iudiciis suis dō redditurū ratione. ne forte zeli aut
inuidię flāma urat animā;

## DE HOSTIARIO monasterii.

Ad portā monasterii ponatur senex sapiens.
qui sciat accipere responsū & reddere. cuius maturi
tas eū non sinat uagari; Qui portariū cellā debet
habere iuxta portā. ut uenientes semp̄ p̄sentē inueniant.
a quo responsū accipiant; Et mox ut aliquis pulsauerit. aut
paup̄ clamauerit. dō grās respondeat. aut benedicat.
& cū omī mansuetudine timoris dī reddat responsū festi
nanter cū feruore karitatis; Qui portarius si indiget
solatio iuniore fratre accipiat; Monasteriū autē
si possit fieri ita debet constitui. ut omnia necessaria id ē

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 38r – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/49006)